quam sollicitus ille est de amissa oviculâ sive ovile in deserto quaerenda, donec inveniat: Tam
videl. sollicitus de restituendis perditis filiis qui sunt de domo Israel, h. e. de Ecclesia, om
culis noster est IESULUS; Nos namque in hoc mundi deserto oberrantes non tam
omni studio quaerit, verum etiam per Verbum suum et Sacramenta ad verum illud ovile
Ecclesiam suam, reportat: quinimo in extremam usque senectutem, juxta illud Esaiae,
nos portat. Alios hic vobis R. V. Reges ob oculos ponite, cumque IESULO nostro mihi cor
conferte. Annon ita est, quod, ubi hic subditos suos exonerat, illi onerent. Non su
stentant sane illi subditos suos, sed ab his sustentantur: dum è collectis, collectionibus, symbolis
oblationibus, votis, cogitationibus tributis, indictionibus et vectigalibus, quae omnia solvere te
nentur subditi, Principis aerarium et ex hoc ipse Princeps alitur. Quid. quod et mul
ti Principes ac Magistratus terrae tributis, quae alias, si abessent tollantur, nunquam est necessaria sunt
Principum subsidia, subditos suos penitus emungant. Liceat mihi bonâ pace vestrâ
mentionem aliquot illicitarum ejusmodi depraedationum facere. Ecce n
fumarium tributum Imperator reperit Nicephorus: Vectigal pro aere quem
aspirando trahimus, instituit Michaël Paphlago: pro umbrâ dependum esse me
minit Plinius. Et quid fingi potest foedius lupanario sive lustrali auro Caji? Quid
Vespasiani tributo, à mendicis egresso, urinarius? quid foedius urina stercorisque vecti
gali? Quid perscitatione mortuis quod Romanis, ag. quos sine tributo et mul
ta ne mori quod fas erat, usu fuit recepta magis barbarum? Ut alia, vel ipsa morte
Vid. Schoock. de Aerar. L. VIII. c. 10. 11. Extrâ graviora, quae subditos suos hinnieris Reges nunc imponunt saeculi fisco, quod
ajunt, sacco stercoram. Non sic autem, non sic, inquam, Rex noster recenmatus
IESULUS suos premit subditos, sed ipsos potius sublevat, et peccati sui gravi
Es. 53. liberat onere. Ipse enim, ipse vere languores nostros suo in corpore tulit: quod
LXX verterunt interpretes, peccata nostra portavit. Nos, nos ipsum laborare fecimus:
Es. 43. Psal. 69 nostra, nostra peccata ipsi Pater imposuit, ipseque exsolvit, quod non rapuit. Unde cum
August. l. Med. c. 7. augusto illo Hipponensium Praesule D. Augustino merito exclamo: Ah! quid commisisti
amantissime puer, ut adeo tractaris? quod scelus tuum? quae noxa tua? quae causa
mortis? quae occasio tuae damnationis? Ego sum plaga doloris tui, tuae culpa occisionis.
Ego tuae mortis meritum, tuae vindictae flagitium. Ego tuae passionis livor, tui cru
ciatus labor. Liberat itaque IESULUS noster ac sublevat nos subditos suos gravissimo
onere crucis. Omnes enim omnes ad se venire jubet afflictos et laboriosos, sive
paupertate, sive corporis imbecillitate, sive persecutionis gravitate, sive operum
vocationis difficultate, sive hostium crudelitate, sive aliarum calamitatum